

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examinis Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Examen VIII. Repugnantiæ atque luctæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

statibus agitatur, suus semper est, & Dei. Proinde debet spiritualis profectus candidatis & sectatoribus hoc genus Examinis exercitiique esse commendatissimum.

E X A M E N VIII. Repugnantiae atque Luctae; quod ita voco, quia illius est, examinare repugnantias quotidianas, quas sentire sollemus in nobis, in variis quotidianis occasionibus, cum volenda nolumus, nolenda volumus, aut ratione, conscientia, obedientia, charitateque dictante, sensus tamen noster, vel perversa voluntas, vel consuetudo passione rebellis oblitatur, quam oblationem expedit vincere, atque super hanc victoriam examinis etiam Industriam uti.

1. Ut de more agantur gratia. 2. Lumen petatur. 3. Percurrantur actiones acti temporis. Ut videatur in unaquaque, num quæque resistentia fuerit & oblatione in nobis indebita? num ei cesserimus? an succumbuerimus? ut sit sub praetextu compensationis alio tempore, aut respectu aliquo, aut affectu, aut fragilitate, aut indulgentia, aut excusatione absentis obligacionis, nulliusque peccati aut malitiae, &c.

Num verò restiterimus, quam strenue, quo motivo, quam in puncto, an cum mora, consultatione, dialogismo, atque propensionibus? Num causam dederimus isti oblationi? Num ea diuturna, num frequens, num antiqua, in nobis sit? inveteraveritne per nostram desidiam?

Ad hoc proderit habere descriptum, param indiculum harum repugnantiarum nobis familiarium, quem in praesenti expediet decurtere, habet enim (ut docet experientia) unusquis-

quisque Sanctus & fervens, & perfectus, suas
 repugnantias quotidianas in se, in suis quotidia-
 nis operibus, ad quas quandoque superior,
 quandoque inferior, plus minus, pronus vel
 robustus infirmusque esse noscitur, & hoc qui-
 dem fieri solet in minutulis rebus, &c. 4. Per-
 cussis modo jam dicto, actionibus, atque pas-
 sionibus & repugnantiis, intra illas habitis, quan-
 tum nos culpabiles, & quoties reperiemus:
 tantum, & toties culpas dolore, detestatione,
 confusione, confessione, emendationis serio
 ac firmo & longiusculo proposito, poena, a-
 ctione, passioneque opposita expiabimus. 5.
 Motiva quibus nos, ad victoriam nostri, & ad
 expulsionem harum obluctationum ex nobis,
 extimulemus, saltem strictè expendentur.
 Qualia sunt. 1. Quod his succumbere nos Deus
 nolit, & contristetur, si succumbamus, nec vo-
 luntatis ejus gustum expleamus. 2. Quod in
 puerilibus Luctis adhuc vel versemur, vel etiam
 hallucinemur, & fortasse veterani milites, ac in
 opinione hominum consummati, etiam Magi-
 stris spiritus, in qualibus luctis pueros, & tirones
 versari nobis mirum, indignum, & miserum
 videri solet. 3. Quod talibus nævis nostrabona
 opera, atque proposita, & communia inquinari
 absurdum & turpe sit: tales enim nævi impedi-
 unt, ne & nos, & opera nostra nobiscum in con-
 spectu Divinorum oculorum apparere possint.
 4. Accedit his poena Purgatorii, cuius reatum
 infallibilem, per hæc contrahimus. 5. Similiter
 Insultatio & recreatio hostium nostrorum dæ-
 monum, quam ex his nostris hallucinationibus
 habent, cum quotidie vident nos cespitare, in

his
 mus
 his
 tant
 suc
 riore
 perf
 stri,
 tur
 & ma
 non e
 cund
 H
 pensi
 nitud
 excu
 Rati
 A
 & ant
 astun
 imper
 cum
 gistra
 & ad
 offici
 potes
 citate
 uslib
 acqui
 his
 V